

Band III., Nr. 886, Seite 385-386

Abt Konrad von Reichenau überlässt dem Kloster Salem, gegen dessen Hof in Sammetshofen, womit Werner Gnifting belehnt ist, seinen demselben Lehenmanne geliehenen Hof in Neufra, und genehmigt zugleich einen entsprechenden Wechsel in der Belehnung.

Ohne Ortsangabe, Ohne Zeitangabe. (1237–1241).¹

Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Cvnradus, dei gratia abbas ecclesie Augiensis, perpetuam noticiam subscriptorum. Si res geste literarum memorie commendantur, successoribus aufertur occasio^a penitus litigandi^b. Presentes igitur noverint et futuri, quod dum reverendus in Christo Eberhardus, abbas in Salem, conventus sui consilio accedente, de concambio curtis in Sannuwelshouen, cuius proprietas suo monasterio libere pertinebat, cum viro prudenti Wernhero milite, dicto Gniftingo, pro curte in Nvferon, dicta curtis Wernheri Gniftingi, cuius proprietas nostre ecclesie pertinebat et de ipsa nobilis vir Bertoldus comes de Sancto Monte a nobis infeodatus fuerat, quam etiam ab eodem prefatus Gniftingus iure tenuit feudali, – sollempniter faciendo unanimiter convenissent pro commoditate et utilitate mutua inter ipsos, nos habito consilio nostri capituli et consensu, quia prefatus Ebirhardus abbas proprietatem curtis in Sannuwelshouen, pro reconpensatione debita, nostre ecclesie de proprietate curtis in Nivferon facienda, contulit perpetuo possidenda[m], nos post resignationem publicam curtis in Nivferon a memorato Wernhero factam Bertoldo, comiti prenotato, et ab eodem Bertoldo nobis publice resignata[m], ipsam^c cum omni iure eidem curti intus et extra pertinenti, monasterio in Salem ratione talis concambii contulimus proprietatis nomine libere possidenda[m], renuntiantes omni iuri, quod nostra ecclesia in eadem habuit curia vel habere aliquatenus videbatur, considerantes in hoc concambio nostre ecclesie nihil penitus deperire, unde curtim

^aSo das Diplomatar.

^bSo das Diplomatar.

^cDas Diplomatar hat unrichtig: *ipsum*.

¹Abt Konrad von Reichenau saß von 1237–1255, vgl. OTTMAR FRIEDRICH HEINRICH SCHÖNHUTH: Chronik des ehemaligen Klosters Reichenau, der ersten Pflanzschule süddeutscher Bildung, Wissenschaft und Kunst. Ein Beitrag zur schwäbischen Geschichte aus handschriftlichen Quellen dargestellt, Freiburg i.Br. 1836, S. 177 und 182, und Abt Eberhard I. von Salem von 1191–1241, vgl. JOHANN BAPTISTA KOLB (HRSG.): Historisch-statistisch-topographisches Lexicon von dem Großherzogthum Baden: enthaltend in alphabetischer Ordnung eine vollständige Beschreibung aller Festungen, Städte, Flecken, Dörfer, Schlösser, Klöster, Stifter [...], 3 Bd, Bd. 3, S. 137.

II

in Sannuwelshouen Bertoldo comiti sepefato in feodum concessimus, quam et ipse Wernhero Gniftingo protinus concedebat.

 Ut autem hec perpetuo maneant illibata, hanc cedula[m] ad petitionem parcium exinde conscribi et sigillorum nostri nostrique capituli munimine fecimus roborari, idem instrumentum ecclesie in Salem conferentes, nostre etiam ecclesie consimile retinendo.

—

Nach dem Diplomatar des Klosters Salem im GLA Karlsruhe, Bd. 2, S. 56 f., Nr. 49. Die Urkunde führt dort die Aufschrift: *Concessio abbatis augiensis et chori super concambio curtis in nivfron pro curte in Sannuwelshoven inter nos et Wernherum Gniftingum.*

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/1163 S. 56 f. Nr. 49

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Konrad; Abt von Reichenau (1234–1253 ?)

Ortsindex:

Heiligenberg Wohnplatz (17938)
 Heiligenberg, FN
 Neufra
Wohnplatz (17485)
 Neufra, Riedlingen, BC
 Reichenau Wohn-
platz (14588)
 Reichenau, KN
 Sammletshofen Wohnplatz
(18087)
 Sammletshofen, Meckenbeuren, FN
 Schloss Salem
: Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)